Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III.

Wien, 1794 Seite 3321

Quelle:
Copyright:

celebrata ſunt concilia, ab hac tamen, quam nunc aſpicimus, eccleſia, que ex tribus prius diſtinctis obediencijs conſtat, neutrum eorum generale concilium reputatum eſt. &c.

XXVII. *fol.* 268. absque inſcriptione *Sermo* in illud *Joh.* X. *Bonus paſtor animam ſuam dat* &c. hujus initii: *Animaduerte nunc o bone paſtor, o Reuerendiſſime pater ſancte ſedis huius remenſis antiſtes* &c. Extat in *Opp. Joh. Gerſonis* T. II. *col.* 542. et nobis pluries, ut *Index* docet.

XXVIII. *fol.* 290. absque inſcriptione Ejusdem Tractatus *de Viſitatione Cleri*, qui incipit: *Ad laudem dei et edificationem populi chriſtiani compilata eſt hec breuis et rudis inſtructio* &c. ut *Opp. T. II. col.* 558. et nobis *Codd.* pluribus. Vide *Indicem.*

XXIX. *fol.* 299. absque titulo Scriptum, quod nobis *Cod.* DLXXII. inſcribitur: *Quedam auiſacio Cancellarij ad Epiſcopum, Opp.* vero T. II. *col.* 415. *Epiſtola ad quendam Epiſcopum ſuper Moderatione caſuum reſervandorum in Foro.* Initium: *Pontificali dignitati ſuus qualiscunque Zelator* &c.

XXX. *fol.* 304. *Sermo cancellarij pariſien. quando Rex Romanorum iuerat a Conſtancia ad Regem Arragonum et ad Petrum de Luna pro vnione eccleſie procuranda.* Initium: *Proſperum iter faciet nobis deus ſalutarium noſtrorum.* &c. Extat Opp. *Gerſonis* T. II. *col.* 273. et nobis *Codd.* variis. Confer *Indicem.*

XXXI. *fol.* 317. *Sermo Beati Franciſci.* Et *fol.* praevio: *Pronunciatum per p. Cameracenſem.* Eſt hic celeber *Petrus de Alliaco* Card. Ep. *Camerac.* ejusque hic Sermo relatus eſt *Cod.* DLXXII. quem ſi lubet, adi. Sed praeter Adpendicem apologeticam, quam ibi indicavimus, adtexta eſt in praeſenti Exemplo a *Petro Epiſtola Univerſitatis Pariſinae* ad PP. *Conſtantienſes*, quam nec in *Actis* Concilior. nec in *Bulaei* Hiſtoria nec in Opp. *Gerſonis* reperi. Incipit illa: *Magna nos ſpes habebat P. orthodoxi et deo amabiles domini confeſtim errores et hereſes eas preſertim, que notorie ſcandala pepererunt pariuntque, cenſura ueſtri iudicij proterendas eſſe.* Verum praeter unam Propoſitionem de *Tyrannicidio* nihildum errorum *Joh. Parvi* damnatum eſſe, quos tamen Rex *Franciae*, Parlamentum et ipſa Univerſitas proſcripſiſſet. Scire ſe quidem nonnullos maxime *de mendicantium ordinibus deliberationes ſuas* in contrarium *in abſcondito et ſacculo* tradidiſſe; ſed ſic ſerpere et repullulare mala &c. Ad an. 1415. et menſem fortaſſis *Aug.* haec *Epiſtola* pertinet.

XXXI. *fol.* 330. *Sermo R. p. et domini Pe. Cardinalis Cameracen. predicatus Conſtan. Ad honorem Sancti Ludowici* (filii) *regis Sicilie &c. ordinis fratrum Minorum.* Initium: *Euge ſerue bone* &c. Jam indicatus *Cod.* DLXXII.

XXXII. *fol.* 338. *Secuntur aliqua ſcripta doctorum in Theologia*